

b15639332

Lo - 1 - 18

3349

VERIDICA TER  
re Sancte: Regionūq;  
sinitimarum: ac in eis  
mirabilium De  
scriptio. Ausq;  
antehacim,  
pressa.

num. 20. capo. 8. num. 28.  
Ioan: R . K . Lectori S.P.D.

Accipe Borchardi patris studiose libellum  
Lector: quem sacre Palladis ardor habet.  
Terre spectari paruis amplissima chartis  
Regna dedit Sācte: quo pede carpsit iter  
Funiculo senis longo bis Iosue ductor  
Distribuit turmis regna labore suo.  
Transcurri pedibus lassis multoq; meatu  
Nō opus est:eadē nōc manus arcta tener.  
Que redimes facilī nūmo quecunq; iuuētus  
Grandia possideas predia iure tuo.

de la Libr. N.



C Ad. R. in Christo patre Eberhardum de Lluis: consummatissimum sacre Theologie professorem: Provincie Theuthonie: fratrum ordinis Predicatorum Priorum Provincialem optime meritum frater Ioannes Host de Romberch Kyrspensis eiusdem ordinis: et provincie. S. P. D.

**A** Lunabilis mihi innatus: Pater amissime: concreuit affectus: vel propinquippiā: vel alieni molimini. in communē reserue fūgem: Proinde in presentiarum scripti; luxuriabor ceterorum: quoad nostris siqua forsitan obtinget aliquādo ratio lucem excipiendi agere liceat officium: Intercessi quid rari aut non vulgaris vel (ut aiunt) non triuiale nostratum in manus incidat lectu dignum: pro mea virili conabor toto studio: diligentia: et labore: in palam tuo Nomini dicatum edere. Eius faciendo mor aderat: preter plurimorum Italie morem. R. D. si ater Chrysostimus de Lasali Gymnasi Bononiensis: Regens: tam in philosophia q̄z in doctrinali scholasticae Theologia: atq; etiam Sacra Biblia vir unde quaq; doctissimus: opusculū per breve: descriptionis Terre Sancte: a venerabili. D. fratre Borchardo nostrate: ex sua peregrinatione studiosissime reportatum: diuine scripture consenteum: eiusq; auctoritate fulcitum: pro sua in me benivolentia: facile donauit ceu ex patria: proximo heredi: Quod non pomposo verborum fastu: neque superuacaneis opinacionum

## Dedicatio: descriptionis

Intricationibus verum quidem humili atq; pro more Ecclesiastico scribendi deuoto filio optimia retexit sensa Non his forsan grata qui tauta rerum verborumq; inuolucris ethniconum captuantur: vt sui immemores inuercunda ausint sateri fronte: non sue professionis esse vbi preter Aristotelem & Auerroym: de conscientie consultatione: seu ex sacro canone passus quispiam subobscurus in disceptationem reuocatur: Ob id Euangelice Predicationis concionatoribus: ac sacrarum Biblie historiarum studiosis: quibus apprime cōducet: gratificaturus ad autho- ris: largiorisq; tuiq; potissimū Nomini immor talitatem: in mille traduci exemplaria ad reso matissimū architypum curauit. Nibili facies caninos horz dentes: qui famā cuiusq; lacerantes passim vbiq; mordet: Quoz & ipse derideo quin potius deseo sortem: qd cū Theologos se se nuncupent inter tot garrulandi modos: sic sic colluctantur: crimen sibi persua deat fore si cum alio quopiam inciderint in sententiam: mallentes tes penitus inuertere vez: qd etiam conscientia stimulati consentaneum vero propositum corri xantis admittere. In qua re lōge secus ipse me cū sentiens: superuacaneam hanc animi anxietatē abhorrens nephiasq; arbitratus: Sic vberrimaz diui Aquinatis emulor indefesse disciplinā vt quicquid och cōcedatur eo duce: Aurelii Au gustini & barbatī Hieronymi: ac priscoz pbata lectio sibi vendicit: quo promptior in vitellium: vbi dulcedo mentis & refectio anime ac frusta alibi questoz copia est) animus iutroduc-

ctus

## Terre Sancte

ctus foneatur: nutritatur: ac denū satietur: Nec satum itaq; Opusculum in duas sectum partes per capitorū paragraphos distinxī: adiectis in margine litteris longiores minutatim partie do: quatenus tabulam absq; annotatione factam (quare facilis noua fieri poterat) materijs ap plicarem & si laboriosum videretur. Letez pre posui tori libello Summarium quo facilis per tractata colligerentur clarioz fieret ad intima introspectio. Hosce tibi qualescūq; sunt Moderate orū optime nuncupo labores: quatenus Ma ter cōmuni Elimanorū: filij Elimani per confratrem Elimansū Elimanas excipias fruges: Et te quidem nullus oportunior non modo pro sa guinis tui claritate & alto stēmate: sed & ob vir tutum probitatem ac officij dignitatisq; primatum: quibus prudentisme vniuersum Teuthonie gregem tibi cōmissum pascis exemplis & do doctrina. Tu igitur leto munusculum hoc excipito vultu: quatenus te censore: te deniq; patrōno ceteri quibus prodesse poterat: vel legant vel respuant. Egoq; non segniter altiora donec ad magis vtilia me destinandum censueris mit tenda curabo. Videbis quippe estimo prope diem nonnulla Angelici doctoris: ac diui Alber ti & Ruberti anglici opera meis vigilijs: & lucubrationibus castigatissima. Et ob' id pro innata tibis humanitate: qua hactenus me tui obseruan tissimum prosequere: ne desinas paterne pluribus profuturum souere. Vale.

2 ij

chardi Almani: ordi. Prederuditissimi in sacris litteris ac defessi indagatoris: proprijs etiam peribus omnium locorum: qui a sacra Genesi: usq; ad Joannis Apocalipsim in antiqua & noua legge celebriores habentur Describit fidelissime iuxta duodecim ventorum dispositionem: & quantum distet locus a loco: Almanico more leucas assignas ut studiosis lect. auferre a me oeni dubitandi causam: quinq; mensibus laborauit: non parvens vigilis aut estivis caloribus: hoc in tempore: diuinos libros & actissime volui iterumque voluntate processerit: hic nil leue aut imaginatione confictum describitur: Quod in suo nempe sensatissimo Prohemio despedit: penitus seruauit Verum quia: ut credo illius sui temporis consuetudine scripture sacra loca & dicta non retulit: ideo ut vobis innoteat huius descriptionis fides & utilitas precipue in indagandis diuinarum historiarum libris: loca & capita & dicta formaliter inserui Disposui insuper vniuersale inuento rium: Alphabetico ordine in quo absq; omni errore eadem allegata conspici possunt Stilu huius Reverendi patris simplici congruitate currente: seruato quidem omnimode suo sensu: pauculus eleuare constitui: ne ex simplicitate sua: lectio apud huius secula sapientes uilis habeat: Valere.

A iiiii

## Diologus primus descrip.

Sacris Theologis ac divine legis concionatoribus: frater Chrysostomus ordi. predic. alumnus ac Theologorum minimus. S.

**H**umanus intellectus: cum extrellum gradum inter intellectualia sortitus fuerit: & ideo potissimum rectissime natus cupetur: nequit sibi ipsis derelictus: difficiles prouersus venande & abscondite veritatis semitas percurrere: ne dum innato sed exili nem pe suo lumini inititur: in varios preceps trahatur errores. Quam ob causam: qui recte sentiunt ac iudicant: cum sibi proposuerint studium aliquod: cui insistere totis viribus decernunt ducere: eligunt quem sequentes suadent sibi nec immerso recto calle: ad exoptatum finem posse pertinere: Sic peripatetici Aristotelem: Academici Platoni Geometre Euclidem &c. Magi Theologi sacros codices elegere: in quibus deo auctore reuelante de ultra mundanis & diuinis rebus ac natura: vera & idubia cognitio continet: Sicut n. a primo luminoso purissima lux sic a priori vero sincerissima veritas Qd si q phoz doctrinas comediat fuerint ut studiosis ait in futuro tempore prodesse possint tantis extolluntur laudibus: illis quas possumus: agimus: gratias certe in diuinorum canorum dilucidatione desudantes ampliori honore digni sunt: Hinc toto euo celeberrimi effulserunt Damascenus Chrysostomus tres Gregorii: greci duo & Romanus moralis: tandem Jeronimum Basilium Augustinum qui sua doct: ina: veluti sidera clarissima splendent. Nuper ad manus nostras deuenit liber patris Bor-

chardi

## Summarium: descriptionis

Summa brevis: opusculi par-  
titionem complectens

Totum opusculum de- quibus Sanctorum in de-  
scriptionis Terre Sancte San- ro de Sepulchro Ori-  
ente et regionum finitimi- genis de loco predica-  
marum bipharia par- tionis Iesu Christi  
titur prima pars con- §.6. de Eleutherio flu-  
tinet nouem capitula. mine

Capitulum primum est §.7. de Sarepta Sidon  
de generali partitione niorum  
terre sancte et regionum §.8. de Sidone preclara  
adiacentium.

Capitulum secundum est nanea pro filia orabat  
de descriptione terre Iesum  
sancte ab Achon In- §.9. de Beritho nobili-  
cipiendo versus aqua- citate: et de miracu-  
lonem et continet. §.10. lo propter crucifixio-  
Primus. §. de partitiōe nem Imaginis Iesu  
terre sancte i quatuor Christi

portiones §.10. de Biblio Patri-  
2. § de descriptione A- archatus Antiocheni  
chon primaria civitate

3. § de Lamparti Lasa- §.11. de Botro civitate  
lis et castri Sandalij olim opulentissima

4. § de puto aquarū; §.12. de Nephin La-  
vientiū que fluunt in stro

petu de Lybano: §.13. de Tripoli et natio-

5. § de Thyre verbis ce- nibus ibidem habitant  
lebratissime et de reli- tibus et de Libano

§.14. de

## Terre Sancte

§.14. de monte Leopar- eius in mare Gallilee-  
dorum: et Sepulchro Item de Traconitide  
Josue et Chanaam regione et alijs multis  
§.15. de Arachas La- Capitulum quartu[m] de  
stro

§.16. de Simon oppido scriptio[n]e ab Achon  
et Medianitis et Tur- versus vulturnum et  
cimais et Biduinis et c. continet §.11.

§.17. de Anterado et §.1. Judin Castro  
Aradio: de undecim si §.2. de Valle Sennim  
los Chanaa et de qua- §.3. de Babylant Cha-  
tuor sepulchris eorum bul  
dem Item de prima ec §.4. de Sepheth  
clesia in honorem. B. §.5. de Ledes Neptu-  
Virginis constructa lim vrbe

§.18. de Bergath La- §.6. de Monte in quem  
stro Jesus sepe ascendit: et

Capitulum Tertiu[m] est lapide supra quem se-  
de descriptione terre dit predicans: et de lo-  
Sancte versus borea co ubi stetit in littore  
ab Achon Incipiendo post resurrectionem et  
et continet §.5. alijs multis

§.1. de Castro mo[re] forti §.7. de Lapharnaum

§.2. de Thoron Castro §.8. de Cedar vrbe

§.3. de Asser vrbe anti- §.9. de Suecha vrbe  
qua §.10. de Tabernaculo

§.4. de Celeno vrbe: et cedar

Lesarea Philippi §.11. de Cedar sive La-

§.5. de origie et decursu mella: et de Terra arari  
Jordanis et Ingressu et terra Hus

## Repertorium descriptionis

C<sup>apitulū</sup> quintū de §.6. de Decapolī regio  
descriptione terre Sā ne  
cte versus Subsola §.7. de Sephoron op  
num et continet §.8. pido  
§.1. de loco vbi domi §.8. de Benedicta Ma  
nus Matheū vocauit zareth  
§.2. de Easali Sangeor §.de Monte Tabor et  
§.3. de Maason torrente Lison  
§.4. de Dothaym oppi §.10. de Endor villa  
do ameno : et Lister. §.11. de Maym  
ha Joseph et Ismahe C<sup>apitulum</sup> Septimū  
litis emptoribus Jo. de descriptione Terre  
seph Sancte versus nothā  
§.5. de Neptalim ciuita ab Achon et continet  
te §.70.  
§.6. de Bethsaida cui s.1. de Torrente Lison  
tate. B. Petri s.2. de Laymoth  
§.7. de Magdalo s.3. de Magedo  
§.8. de Mōtibus Seyr s.4. de Mestre et fabam  
quinqz s.5. de Suna vrbe  
C<sup>apitulum</sup> Sextum s.6. de Bethsan  
de descriptione Terre s.7. de Iezrael vrberē  
Sancte versus Euruz galu  
continet s.11. s.8. de dispositione mō  
§.1. de Chana Galilee tis Belboe et Hermō  
§.2. de Ruina villa s.9. de Lonualli illustri  
§.3. de Abel meule siue s.10. de Rore super mō  
Belma te Belboe  
§.4. de monte bethulie s.11. de Gilim oppido  
§.5. de Cyperiade vrbe s.12. Sebaste que olim

## Terre Sancte

Samaria: et de Sara monte  
cenis quid sentiat de §.29. de fonte Melysci  
Christo Beata virgi. §.30. de Hyericho  
ne Ite q Joan. Bap. §.31. de Betagla  
non fuit decolatus in §.32. de Mare mortuo  
Samaria: sed corpus suelacu aspalti  
eius ibidem sepultum §.33. de Ariopoli  
Item de dispositione §.34. de Segor  
Samarie. §.35. de spatio et miran  
dis maris mortui et  
§.14. de Campne de valle illustri et bitu  
§.15. de monte Bethel mine maris mortui  
et Dan §.36 de Hay  
§.16. de Sichen §.37. de Bethel  
§.17. de fonte Jacob et §.38. de Anathot  
montibus Barzim et §.39. de vinea Balsa  
Ebal. mi in Engadi  
§.18. de Phano Iouis §.40. de Adomin  
hospitalis §.41. de Beturim  
§.19. de antiqua Siche. §.42. de Bethania et  
§.20. s predio Joseph Bethphage  
§.21. de Lebna §.43. de Sancta ciuita  
§.22. s magna oppido te Hyerusalem: Et q  
§.23. de Babaa Gaulis non est translata: et  
§.24. de Rama quomodo extenditur:  
§.25. de Emon et Pha  
sello et de dispositione eius  
§.26. de Boch castro antiq de turri David  
de monte Sion et mul  
tis alijs: vide ibdem  
§.27. de Galgale  
§.28. de Quarantana §.44. de Magnitudi

## Summarium: descriptionis

- ne et ambitu Hierusa §.60. de valle benedictionis  
lem antique
- §.45. de portis ciuitatis Hierusalem §.61. de Ziph et Maon  
tus Hierusalem §.62. de Lades berne
- §.46. de montibus in circuitu Hierusalem §.63. de Bethacaron  
circitu Hierusalem §.64. de Mambre
- §.47. de Sanctis locis in Hierusalē et extra terram noua: ac duplice spe  
diffuse: vide ibidem lunca multa §.65. de Ebron antiqua
- §.48. de Sylo no: et de loco occisionis Abel etc.
- §.49. de Gabaon §.67. de Dabir siue La
- §.50. de Emmaus riath sepher
- §.51. de Bethoron §.68. de Meleschol
- §.52. de Lariathiarim §.69. de Nobe urbe
- §.53. de lachi nunc Uelenas dicta §.70. de Choriathot
- §.54. de Bethsame Ju. Abbatis de
- §.55. de Ramatha So. Capitulū octauuz de
- phim descriptiōe Terre Sā-
- phim cte versus Austrum
- §.56. de Bethleem de Turri Ader: cisterua David: presepe domini  
ni: miraculis atozalijs vide ibidem §.1. de Laiphias urbe et
- castro peregrorum
- §.57. de Bezeth §.2. de Speluncha Hier
- §.58. de Lolle Achille sye: et fonte filiorum prophetarum
- siue masada §.3. de Lefarea,
- §.59. de Thecua §.4. de Antipatrida

## Terre Sancte

- §.5. de Manathot siue Zabulon Chato §.9. de Sorte tribus
- §.6. de Beth Aser
- §.7. de Hodin monte §.10. de Sorte tribus
- et sepulchris Machaon Neptalim
- beorum §.11. de Sorte tribus
- §.8. de Acharon Dan
- §.9. de Azoto C Scđa pars eiusdem libelli continet quinq; capitula
- §.10. de Maceda Capitulum primum est
- §.11. de Escalone §.12. de Baza de Fertilitate Terre Sancte
- §.13. de Bersabee siue Gilbin
- C Capitulū nonum de longitudine et latitudine Terre Sancte et habitantibus in Terra Sancta et moribus eorum: et continet. §.1.
- §.2. de Sorte tribus Ju de
- §.3. de Sorte tribus Symeon
- §.4. de Sorte tribus Beniamin
- §.5. de Sorte tribus Effraym
- §.6. de Sorte tribus Manasse
- §.7. de Sorte tribus Isachar
- §.8. de Sorte tribus

## Summarium: descriptionis

- §.7.de Nubianis & Ja plura tractantur  
menis Capitulum quartum  
§.8.de Madianitis qui de horto Balsami in  
& Siduini dicuntur & Egypto  
Uhanis & Sissinis Capitulu quintu; de  
§.9.de Armenis; & alijs miraculi; admodum stu-  
multis incidenter; vi pendis reliquiaz di-  
de ibidem ui Baptiste. Et Con-  
Capitulu tertium de clusio operis.  
scriptio Egypti vbi

Finit Index Summarius Operis.

**C**fidissimum & vniuersale repertorium: super  
librum Reuerendi ac deuotissimi patris: in sa-  
cro eloquio eruditissimi. Horcardi almani  
ordinis Predicatoꝝ: qui inscribitur: de-  
scriptio Terre Sancte eidemq[ue] adiacē-  
tum regionum.

**A**bel: occisus fuit a Laym in agro: vnde dicitur  
Genesis quarto. Eū essent in agro: cōsurrexit  
Laym in Abel fratrē suum & occidit eum: ubi  
sit hic locus: vide in prima parte.c.7.§.66.  
ibi de fossa ista contra austrum.

**A**bel meule: olim Belma: locus per quē ascēdit  
Holophernes cū exercitu: p̄tra Bethuliā: ut  
habetur in libro Judith capi. 7. ubi sic dicit:  
omnes parauerunt se ad pugnā & venerunt  
per crepidinem montis ad apicē qui respicit  
super Dothaym: a loco qui dicit Belma: usq[ue]  
ad Lhelmon: vide prima parte.c.6.§.3.

**A**charō: v̄bs philistijm: ad quā deducta fuit ar-  
cha dñi a philisteis: vt dī primi regum. §.cap.  
vbi sic legitur ॥ Siserunt ergo archam dñi: in  
Acharon. vide prima parte.c.2.§.8.

**A**cheldemach ager emptus triginta argenteis.i.  
precio venditionis Iesu Christi de quo sic di-  
citur in ॥ Matheo cap. 27. Emerūt ex illis agrō  
figuli in sepulturā peregrinorꝝ: & propter hoc  
vocatus est: ager acheldemach: id est ager san-  
guinis. vide prima parte.c.7.§.43. R.

**A**chon: ciuitas munitissima: que prius Mthole-  
maida dicebat: de qua sic habet in primo ma-  
cha: cap. x. & anno centesimo sexagesimo asce-

dit Alexáder: Anthiochi filius: q. cognomina  
tus est Nobilis: et occupauit Ptolemaidā et  
regnauit illic. I.p.c.2.§.2.

Adam et Eva in quo loco planxerunt Abel si-  
lum interfectum a Laym: vbi adhuc extant  
lecti eorum: et sons mirabilis: vide prima  
parte.c.7.§.66.

Adam et Eva creduntur plasmati in agro Da-  
masceno: vide ibidem.

Adomin castrum: vbi sicut legimus Lu.10.ho-  
mo quidam descendens ab Ierusalem in Je-  
richo: incidit in latrones: et nunc etiam est lo-  
cus periculosus vide in prima p.c.7.§.40.

Ager Damascenus in quo Adam fuit forma-  
tus: cuius terra est rubea: flexibilis sicut cera:  
preciosa nimis: quam saraceni deferunt ad  
Egyptum et Indiam venduntq; ut aroma-  
ta: et eius admirabiles virtutes: auctor nar-  
rat. De loco hoc: videtur illud dictum Eze-  
chielis.27.capitulo: Damascenus negotia-  
tor tuus: in multitudine operum tuorum: vi-  
de in.I.p.c.7.§.66.

Affech ciuitas: vbi Benadab rex Sirie pugna-  
uit contra Achab: et fractus fuit: et sibi qui re-  
manerant fugierunt in Affech: vnde sic legi-  
tur in libro tertio regum capitulo.10. Recen-  
suit Benadab sirios: et ascendit in affech: ut  
pugnaet contra Israelt: vide.I.p.c.7.§.4.

Amalech regio: quam iussit dominus Sauli de-  
lere et nulli parcere: nec aliquid seruare: vnde  
sic legitur in libro primo regum capitu.15.  
Nec ergo yade: et percute Amalech: et demo-

bre vniuersa eius: non parcas ei: et non con-  
cupiscas ex rebus eius aliquid: vide prima  
parte.c.7.§.61.

Anathot viculus sacerdotum: vbi ortus est Je-  
remias Propheta: vnde sic legimus in argu-  
mento in Jeremiam: Jeremias Anathoti-  
tes: qui est viculus: tribus a Ierosolimis di-  
stant miliaribus: vide prima par.c.7.§.32.

Andromada filij Lephei: de qua fabulantur  
poete i quo loco fuit liberata a Perseo vide.  
Achille collis: vbi latitauit David: fugiens  
Saul: vnde sic legimus in libro primo regum  
capitulo.26. Et venerunt Ziphei ad Saul in  
Babaa: dicentes ecce David absconditus est  
in colle Achille que est ex aduerso solitudi-  
nis: vide prima parte.c.7.§.52.

Antipatrida: que ab Antipatre patre Herodis  
magni: denominata est: antea Munitio Assur  
dicta: de qua habetur in actibus Apostolo-  
rum capitulo.23. vbi sic dicitur Milites assu-  
mentes Paulum duxerunt per noctem in An-  
tipatridam: vide prima parte.c.3.§.4.

Antilibanus mons: vbi est et quomodo disponi-  
tur: vide prima parte.c.2.§.8.

Arabia in tres partes dividitur: prime partis  
Metropolis est Bosron: que olim Bersa:  
nunc autem Busereth dicitur: in hac parte  
habitauit Abraam: postquam egressus est de  
bur Caldeorum: vnde legitur in libro Gene-  
sis cap.21. qd Abraā plantauit nemus in Ber-  
sabee et fuit colonus Palestinoꝝ multis die-  
bus: secunde partis Metropolis est petra ciui-

tas olim Nabath dicta: et hec fuit terra Amon  
et includebat regnum regis Basan: tertie Ase-  
tropolis est Karach: olim petra deserti. Nec  
continet terram Moab: et totam ydumeam et  
montem seir: et superiorem regionem usque ad  
mare rubrum: et hanc peragravit filii Israel:  
egressi de Egypto postquam transierunt mare ru-  
brum: et habent habitauerunt filii Esau: et filii Loti:  
et precepit deus filius Israel: ne pugnarent in  
ea: quoniam nec quantum est vestigium pedis:  
daret eis possidendum: et id totum legimus i  
libro Deutero. cap. scđo per totū. Nec est Ara-  
bia que a cosmographis: Arabia petrea nun-  
cupatur. Et aduerte quod terra promissionis non  
continetur in hac tercia parte: sed in secun-  
da: Illic enim erat regnum Seon regis Ezebō:  
quod primo fuit captū a filiis Israel: ut legi-  
mus in libro Deuterono. cap. scđo ubi dicit:  
Dirigit dominus ad me ecce cepi tibi trade-  
re terram Seon. incipe possidere eam: Itē co-  
tinetur in tercia: que incipit a fluvio Jordane  
transito usque ad mare magnum: quod nos di-  
cimus mediterraneum: et de hoc legimus in li-  
bro Josue cap. quinto ubi sic dicitur postquam er-  
go audierunt omnes reges Amorreorum et con-  
tri reges Canaan: qui per quinqua possidebant:  
magni maris loca et cetera et in hac parte est Jericho  
et Jerusalem et totum regnum Iuda. prima  
parte. c. 1. D.

Arachas castrum: quod construxit Aracheus fi-  
lius Canaan ubi sit vide prima pte. c. 2. §. 15.  
Aradum ciuitas: quam condidit Aradius qui fuit  
filius

fluis Canaan ut legimus in libro Genesis cap.  
decimo: et de hac urbe loquitur Ezechiel capi-  
tulo. 27. filii Aradii cum exercitu suo: super mu-  
ros tuos vide prima parte. c. 2. §. 17.

Aran regio: quā primo inhabitauit Thare pater  
Abraam postquam egressus est de hunc caldeoꝝ: et  
illuc mortuus est: Unde in libro Gen. sic legimus  
cap. 11. Tulit itaque Thare Abraam filium suum: et  
Lot et Sarai uxore Abraam: et eduxit eos de  
hunc caldeoꝝ ut irent in terrā Canaan: vene-  
rūtque versus Aran: et habitauerunt ibi: et Thare  
mortuus est in Aran: hec est Aran: ad quā Re-  
becca misit filium suum Jacob: ne occideretur  
ab Esau: unde sic legimus in lib. Gen. cap. 28.  
Igitur egressus Jacob: de Bersabee pergebat  
in Aran: vide. 1. p. c. 4. §. 11.

Armeniꝝ deuoti sunt in ecclesia dum orant aut  
audiunt divina: vide. 2. p. c. 2. §. 9.

Armeniꝝ sacerdotes quibus ceremonijs uten-  
tur in missa circa Eucharistiam vide secunda  
parte. c. 2. §. 9. B.

Armeniꝝ sacerdotes: habent easdem Ep̄ias ea-  
demque Euangelia: sicut nos. sed in suo idioma  
ter: conficiunt in azimo: et eisdem verbis sicut  
nos: vide secunda pte. c. 2. §. 9. L.

Ascalon ciuitas philistinoꝝ ex p̄cipuis: de qua  
legimus in primo regum cap. 6. quod Ascalon  
anum unum aureum obtulit in redditu arche domini:  
cum alijs urbibus philistinorum: et in Amos  
cap. primo: dicitur contra urbes philistinorum:  
Disperdam habitatorem de azoto: et tenente  
sceptrum de Ascalone: et peribut reliqui phi-

## Re perto riuum descriptionis

listinorum: et nunc est totum robur saraceno-  
rum: vide prima parte c. 8. §. 11.

**A**sor ciuitas in qua regnauit Jabin: qui pugna-  
vit contra Josue cum 24. regibus: De ea sic  
legimus in libro Josue capitulo. xi. Reuer-  
susq; Josue statim cepit Asor: et regem eius per-  
cussit gladio. Asor enim antiquitus inter om-  
nia regna hec principatum tenebat: vide pri-  
ma parte. c. 3. §. 3.

**A**rimathia ciuitas: ex qua ille nobilis Joseph  
de quo legimus in Mathei. 27. qd venit qui-  
dam diues ab Arimathia nomine Joseph q  
et ipse erat discipulus Iesu: hec est eadem cu  
Ramatha sopherin: de qua dicemus infra: et nuc  
Ramula dicitur vide. i. p. c. 7. §. 22.

**B**zotus ciuitas philistinorum: ad quam dedu-  
xerunt philistym archam domini: Unde sic le-  
gimus in libro primo regum capitulo quinto  
philistym autem tulerunt archam dei: et as-  
portauerunt eam a lapide adiutorij in Azot-  
um: vide. i. p. c. 8. §. 9.

## B

**B**abilonia Egypti sita super Nilum: et per quod  
transit riuus unus Nili describitur: Adver-  
te tamen qd de hac Babilonia: parum inueni-  
mus in sacra scriptura: sed ut in pluribus lo-  
quitur de Babilone que est in Assiria: cuius  
refuit Nabuchdonosor: ut habetur in libro  
quarto regum capitulo. 24. et 25. vide secunda  
parte. c. 3. §. 6.

Dabu

## Terre Sancte

**B**abul castellum: quod saraceni zabil vel cha-  
bul vocant: quod interpretatur displicentia: et  
est propinquu Sepheith: de quo dicemus infra  
vide prima parte. c. 4. §. 3.

**B**alsami vinea: que erat in monte Engadi: de  
quo dicemus infra: quomodo translata est in  
Egypto per Cleopatram reginam Egypti: sa-  
uente sibi Antonio vide ibidem.

**B**alsamum in Egypto inter Elyopolim et Ba-  
biloniam quale arbustum habeat: et qualia fo-  
lia: et quomodo colligitur: cuius ortus irri-  
gatur fonte in quo beata virgo lauabat pa-  
niculos Iesu infantis: vide. 2. p. c. 4. A.

**B**erithus antiquissima ciuitas: ubi dicitur Sal-  
uator predicasse: ubi ostenditur ymago cru-  
cifixi: illusa et percussa a iudeis: ex qua flu-  
xit sanguis: De hac parum in scriptura inueni-  
mus: nisi qd in libro iudicum: capitulo nono  
dicit: Ingessi sunt phanum Dei sui Berith:  
et ex eo locus nomen acceperat: qui erat mu-  
nitus ualde: vide. i. p. c. 2. §. 9.

**B**ersabee: que nunc Biblim dicit: i qua Abraam  
postq; diuisus fuit a Lot: habitauit: de ea sic  
legimus in libro Genesis: capitulo. 21. Idcirco  
vocatus est locus ille Bersabee: quia uteroq;  
scilicet Abimelech: et Abraam iurauerat: pro  
puncto iuramenti vide. i. p. c. 2. §. 13.

**B**ethagla locus ubi Joseph ascendes de Egyp-  
pto cum senioribus Pharaonis et comitatu  
magno: differentes corpus Jacob patris fle-  
uerunt super ipsum septem diebus: unde legi-  
mus in libro Genesis ca. quinquagesimo: qd cu

B. iiiij

## Repertorium: descriptionis

vidissent habitatores Lhanaam dixerunt: platus magnus est iste Egyptus. propterea vocatum est nomen loci illius: planctus Egypti Bethagla vero interpretatur domus planctus vide. l.p.c. 7. §. 31.

Bethania castellum Marthe et Marie Magdalene: de ea legimus in euangelio Joannis. xj. capi. erat quidam languens Lazarus a Bethania de castello Marthe: et Marie: ibi ostenditur domus Simonis leprosi: ibi ostenditur monumentum Lazarus: quod saraceni plurimi venerantur: ibi ostenditur locus ubi Martha occurrit Salvatori: cum Lazarus et iam sepultus vide. l.p.c. 7. §. 42.

Bethphage viculus: qui propinquus est loco ubi dominus asinam ascedit: unde sic legimus in Luca. capitu. 19. et factum est: cum appropinquaret Bethphage et Bethaniam ad montem Oliveti. misit duos discipulos suos dices et. Et aduerte quod ex Bethania et Bethphage non videtur Jerusalem propter montem Oliveti intermedium et propterea in Luca cap. 19. dicitur. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliveti et paucis interpositis verbis: videns civitatem fleuit super illam: vide prima parte. c. 7. §. 31.

Bethel civitas: que ante Luza vocabat: ibi habuit Jacob: postquam reuersus est ex Mesopotamia: illic sacrificauit Deo altissimo et crexit lapidem in titulum: illic vidi scalam angelos ascendentes et descendentes: unde legimus in libro Genesis capitulo. 32. locutus est

Denuo

## Terre Sancte

Dens ad Jacob: surge et ascende Bethel: et habita: ibi fac quod altare domino: et infra: venit igitur Jacob Luza: que est in terra canaan: cognimento Bethel: vide. l.p.c. 7. §. 37.

Bethel: nonnulli dicunt ipsam esse Jerusalē sed decipiuntur: potest autem sensus eorum esse quod Bethel: id est domus Dei: que est templum sacrum: sumatur pro Jerusalem vide ibidem.

Bethel: ubi Jeroboam filius Nabath: statuit vitulum aureum: dedicans ei Phanum et sacerdotes et altare: Unde sic legimus in libro tertio regum: capitulo. 12. posuit vitulum unum aureum in Bethel et fecit phana in excelsis: et sacerdotes de extremis populi: constitutas diem solemnem et ascendit altare quod extruperat in Bethel ut adoleret incensum: vide l.p.c. 7. §. 17.

Bethleem: que et Euphrata: in qua sepeliuit Jacob Rachel: cum reueteretur ex Mesopotamia: Unde sic legimus in libro Genesis capitulo. 33. Mortua est Rachel: et sepulta est in via que dicitur Euphrata: hec est Bethleem. In Bethleem ortus est David: ut legimus in primo Regum Capitulo. 16. In Bethleem ortus est salvator ut legimus Mathei Capitulo. secundo. Cum natus esset Jesus in Bethleem vide. prima p.c. 7. §. 56.

Bethleemitana ecclesia describit: pulcherrima et devotissima: atque preciosa valde vide prima p.c. 7. §. 56. f.

Bethoron: duplex: superior: et inferior: civitates

## Repertorium descriptionis

quas primo edificauit: Sara filia Ephraym  
vt legimus in primo parali: cap. 7. filia autem  
eius fuit Sara que edificauit Bethoron supe-  
riorem et inferiorem: Extruxit autem muniuit:  
et fortiores reddidit Salomon: ut legimus in  
secundo libro parali: cap. 8. Extruxit Salomon  
Bethoron superiorum et Bethoron inferiorum  
ciuitates muratas: habentes portas et vectes  
et seras: vide prima parte. c. 7. §. 51.

Bethsaida ciuitas Galilee: ex qua oriundi sunt:  
Petrus Andreas et Philippus: Sic enim legi-  
mus Jo. primo cap. erat a Philippo a Beth-  
saida ciuitate Petri et Andree: vide prima par-  
te. c. 5. §. 6.

Bethsames villa Iude: ad quam due uacce iuu-  
cule: que nondum iugo assuete fuerant: dedu-  
xerunt Archä domini: et Acharon Philistium:  
Unde sic legimus in primo Regum: capitu. 6.  
Ibat autem in directu uacce: per viam quod dicit Beth-  
sames: et ifra: Sed et satrape philistium seque-  
bantur usque Bethsames: vide. l. p. c. 7. §. 54.

Bethsan: ciuitas philistinorum: in cuius muro  
suspenderunt cadavera Saulis et filiorum suo-  
rum: Unde sic legimus in primo regu capi. 31.  
et philistium posuerunt arma Saulis in Tem-  
plo Ashtaroth: corpus vero eius suspenderunt  
in muro Bethsan: vide prima parte. c. 7. §. 6

Bethsura: castrum edificatum et munitum tempo-  
re Machabeorum: capitu ab Antiocho rege ado-  
lescente: dicto Eupatore: Unde sic legimus in  
primo machabeorum capi. 6. Et iratus rex. s.  
Antiochus adolescens ut andavit hec: conuo-  
cauit omnes

## Terre Sancte

cauit omnes amicos suos: et principes exerci-  
tus sui: et infra: Et venerunt per Idumeam et  
applicuerunt ad Bethsuram: et pugnauerunt  
dies multos vide.

Bethulia: contra quam ascendit Holophernes:  
occisus a Judith: cuius castrorum adhuc indi-  
cia apparet. De hac sic legimus in libro Judith  
cap. 7. Holophernes altera die precepit exerci-  
tibus suis: ut ascenderent contra Bethuliam:  
vide prima parte. c. 6. §. 4.

Bethurin: locus: ex quo fuit: ille Semei filius ge-  
mini: qui maledicebat David fugienti ab Absa-  
lon: Unde sic legimus in secundo regu capi. 16.  
Clenit ergo rex: usque Behurin: et ecce egre-  
diebatur vir de cognatione domus Saul no-  
mine Semei filius gen: procedebatq; egrediens  
et maledicebat: et mittebat lapides contra Da-  
vid: vide primaparte. c. 7. §. 41.

Bezeth: ubi Saul factus rex congregauit filios  
Israel contra Maas amoniten: Unde sic legi-  
mus in primo regu cap. xi. inuasit timor domi-  
ni populu: et egressi sunt sunt quasi unus: et re-  
cesserunt eos Saul in Bezeth vide. l. p. c. 7. §. 57.

Biblum ciuitas prima parte. c. 2. §. 10.

Botrum ciuitas prima parte. c. 2. §. 11.

## L

Lades berne: locus: ubi et debet pharā ex q; Moy-  
ses exploratores misit: ad considerandā terrā Canaā:  
Die qd<sup>o</sup> sic legimus in libro numeri cap. 13.  
Reuersiq; exploratores terre: post. 40. dies ve-

## Repertorium: descriptionis

nerunt ad Moysem et Aaron omnemque ceterum filiorum Israhel in desertum phares: quod est in Lades vide. I.p.c. 7. §. 62.

Lapharnaui ciuitas notissima in scripturis: precipue ex actibus saluatoris: a deo destruta est: ut vix nunc extent. Et domus: impleta est enim combinatio Jesu in Math. cap. xi. cum dixit et tu Lapharnaum: nunquid vobis in celum exaltaberis: vos in infernum descendes. vide prima. p.c. 4. §. 7.

Layphe domus: in qua Judei illuserunt salvatori adhuc ostenditur vide. I.p.c. 7. §. 47. M.

Layphas ciuitas: sub pede montis Carmeli edificata: vide. I.p.c. 8. §. 1.

Laymoth. castrum: ubi dicit Lamech occidisse Laym de quo sic legimus in libro Genesis cap. 4. Audite vocem meam uxores Lamech: quoniam occidi virum in vulnus meum: et adolescentulum in luorem meum septuplum dabit ultio de Layn: de Lamech uero septuages septies vide. I.p.c. 7. §. 2.

Camelii in terra sancta sunt in maxima multitudine: nam auctor asserit se vidisse circa finem libani gregem camelorum numero 3000. et amplius vide. I.p.c. 2. §. 16.

Chanaam filius Cham filii Noe hos filios habuit qui numerantur in libro Genesis cap. x. ubi sic legimus Chanaam at genuit Sidone primogenitum suum: Etheum Iebuseum: et Amor reum et Bergesum et Eueum et Bracheum Lyneum et Aradium: Samariten et Amatheum: et per hos disseminati sunt populi Chanaeorum: vide

## Terre Sancte

rum vide. I.p.c. 2. §. 16.

Chanaea mulier: de qua legimus in Math. capitulo 14. qd egressa a finibus Tiri et Sidonis: venit ad Iesum pro salute filie: in quo loco erat quando locuta est cum Iesu: et audivit: Non sum missus nisi ad oves: et c. vide. I.p.c. 2. §. 8.

Chana Galilee: de qua legimus Joannis secundo cap. qd nuptie facte sunt in Chana Galilee: et Iesus aquam mutauit in vinum: ubi sit: et quomodo nunc est sub terra: et ratio huius adducitur ab auctore vide. I.p.c. 6. §. 1.

Chariathiarum ciuitas: in qua reposita est Archa domini: postquam reducta fuit de terra Phoenicia Unde sic legimus in primo Regu cap. septimo: venerunt viri Chariathiarum et reduxerunt Archam domini: et intulerunt eam in dominum Aminadab in Babaa. vide prima parte. c. 7. §. 32.

Chariath sepher: id est ciuitas litterarum: que et Dabir post nuncupata est: quam accepit Othoniel frater junior Laleph: cui Laleph dedit Aram filiam suam in uxorem cum irriguo superius et irriguo inferius. Unde sic legimus in libro Josue capitulo decimoquinto: Laleph concordens venit ad habitatores Dabir: que prius vocabatur Chariath Sepher: id est ciuitas litterarum: et dixit qui percusserit Chariath Sepher: dabo ei Aram filiam meam uxorem vide. I.p.c. 7. §. 67.

Cedar ciuitas gloria: quam Josephus Cameliam appellat: opotens et gloria fuerit colligimus in Isaia capitulo 21. sic enim inquit

## Repertorium: descriptionis

et auferetur omnis gloria Cedar et reliquie numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar immittentur: et in Ezechiele capitulo. 17. sic legimus: Uniusi principes Cedar negotiatores manus tue: cum agnis et arietibus et hedis venerunt ad te: vide. I. p. c. 4. §. 3. ibidem. §. 11.

Ledes Neptalim: vna ex urbibus: que assignate sunt pro fugitiis. Unde sic legimus i libro Iosue capitulo. 20. Separate urbes fugitiorum: de quibus locutus sum ad vos per manus Domini: ut confugiat ad eas quicunqz animam percussit nescius: et infra: Decreueruntque cedes in Galilea montis Neptalim: vide prima parte. c. 4. §. 2.

Lenaculum in quo ut legimus luce. 12. capitulo. dominus pasca cum discipulis suis celebrauit: in quo post resurrectionem: discipulis congregatis frequenter apparuit. In quo Mathias sorte electus est: vide. I. p. c. 7. §. 47. II.

Lenturio de quo legimus in Math. capitulo. 8. qd ad Iesum venit: rogans pro pueri paralitico: in quo loco saluatorem allocutus fuerit vi de prima parte. c. 4. §. 6

Lesarea: in qua ut legimus in actibus Apostolorum: capitulo decimo Petrus predicauit Cornelio et baptizauit eum: et capitulo. 21. legimus quomodo Agabus propheta: prophetauit Paulus ipsum alligandum in Ierusalem et tradendum in manus gentium Et capitulo. 24. legimus quomodo Lesarea disputauit contra Tertullum oratores contra preside felice: vide prima parte. c. 8. §. 1.

## Lesarea

## Terre Sancte

Lesarea Philippi: de qua legimus in Math. capitulo. 16. qd venit Iesus in partes Lesare Philippi: ipsa est Celenas: que ante dicta est Dan: Antiquitus autem in scripturis sacris dicitur Lachis De qua sic legimus Josue capitulo. decimo. De Lebna transiuit in Lachis cum omnibus Israel: et exercitu per girum disposito expugnabat eam: tradiditque dominus Lachis in manu filiorum Israel: Nec est Lachis: ex qua ut legimus in Isa: capitulo. 36. Senacherib rex assiriorum: misit Rapsacem ad Ierusalem ad Ezechiam pro obtinenda ciuitate: vide prima parte. c. 9. §. 1.

Lison torres: de quo legimus in libro Iudicum capitulo quarto sic: ego adducam ad te in loco torrentis Lison Sysara principem exercitus Jabin: et currus atque omnem multitudinem: Quomodo aggregat ex aquis pluvialibus descendebat de monte Thabor et Hermon: et Hermon: vide prima parte. c. 6. §. 9.

Cisterna Joseph: in qua positus fuit a fratribus suis ut legimus in libro Bene. capitulo. 37. proiecire eum in cisternam veterem que est in solitudine: manusque vestras seruate innocias: ubi nam hec sit vide prima parte. c. 2. §. 8.

Columne pars ad quam flagellatus est dominus ubi fit et ad quem locum fuerit translata vide prima parte. c. 7. §. 47. I.

Louallis illustris: in qua congregati sunt multis reges: ut legimus in libro Bene. capitulo. 14. qd fuerunt huius Rex Sennar: rex Potti rex Elamitarum: et Thadai rex gentium: oes huius ut inquit scripture

## Repetitorium: descriptionis

conuenierunt in vallem illustrem que nunc est  
mare salis. hec ibi: Quomodo disponit exame-  
na et fertilis: et extenditur usque ad mare mor-  
tuum: vide. I. p. c. 7. §. 9.

Lorozaym contra quam clamat saluator M. at.  
xi. capi. Uhe tibi Lorozaym: quomodo destru-  
cta sit: cuius ruine ostenditur super mare Ga-  
lilee vide. I. p. c. 4. §. 7.

Cruci affixus Saluator: uertebat faciem suam  
ad occidetem et signum adducitur ab auctore  
vide. I. p. c. 7. §. 47. 2.

Crux quomodo fuit fixa: et quare latitudinis ac  
profunditatis est foramen ipsum: vide prima  
parte. c. 7. §. 47. 11.

Crux ubi fuit inuenta ab Helena Constantini ma-  
tre vide ibidem. 11.

## D

Dan: mons super quem Jeroboam filius Ma-  
bath statuit alterum vitulū aureum: i quo fecit  
ydolatrare Israel: Sic. n. legimus i libro ter-  
tio Regū Cap. 12. posuit Jeroboā vitulū unū  
in Bethel: alterum in Dan et factum est verbū  
hoc in peccatum vide. I. p. c. 7. §. 17.

Decapolis de qua legimus M. at. cap. 4. q̄ tur-  
be secrete sunt Jesum de Galilea et de Deca-  
poli: quos terminos habeat: et que sint ille de  
cem ciuitates: a quibus dicit Decapolis: et est ea  
de regio cum Iudea et Traconitide: et planicie  
libani et terra Moab et Galilea gentium vide  
prima parte. c. 6. §. 6.

## Divisions

## Terre Sancte

Divisionem totius terre promissionis sum quā-  
libet tribū: vide prima parte. c. 9. per totum.  
Dothaym: ubi Joseph missus a patre Jacob: p-  
uenit fratres suos: ut legimus in lib. Genesis  
cap. 37. vide prima parte. c. 9. §. 4.

Dromedary: plurimum habundat in terra pro-  
missionis: vide secunda parte. c. 2. E.

## E

Ebron antiqua: in qua mortua et sepulta est Sar-  
ra ipsa est ciuitas Arbee: q̄ hebraice dicit La-  
riath Arbee: ut legimus i lib. Gen. cap. 23. ubi  
sic scribit: Circa Sarra centū viginti septē an-  
nis: et mortua est in ciuitate Arbee q̄ est Ebron  
i terra Chanaam. In hac regnauit David su-  
per Judam. 7. annis. Sic enim legimus in se-  
cundo libro regū cap. 2. et fuit numerus diez  
quos cōmoratus est David iperans i Ebron  
super domum Juda. 7. annorum et 6. mēsiū:  
vide prima parte. c. 7. §. 65.

Ecclesia sancti sepulchri: quomodo disposita et  
situata est: vide prima parte. c. 7. §. 47. 5.

Ecclesia Golgotana: quomodo disposita est: vi-  
de prima parte. c. 7. §. 47. 5.

Egyptus tota describit: et q̄ fuerint p̄cipue eius  
v̄bes: cōtra quas clamat Ezechiel i cap. 30. et  
sunt iste Memphis Taphnis Alexādria: Elyo-  
polis Bubasti: de quibus dicā singulariter in p-  
riis locis alphabeti: vide scđa p. c. 3. p. totū.

Egyptus est sere inaccessible: eo q̄ ab occidente  
habet mare magnū: et sic non est accessus nisi p na-  
ues cōtra affricū est desertū Lybie: ab austro est  
desertū Ethiopie: ab oriente est desertū Thebay.

## E

## Repertorium: descriptionis

dos: cōtra vultūm & septentrionē est desertū  
per qđ errauerunt sili Israēl per. 40. annos:  
vide secunda parte. c. 5. §. 10.

Eleutherus flūnius: de quo sic legimus i primo  
lib. Māchabeoz cap. x. Et abit Jonatas cū  
rege vſq; ad flūniū qui vocat Eleuterus &  
reversus ēi Jerusalē: vide prima p. c. 2. §. 6.

Emaus: castellū notissimū in Euāngelio p̄cipue  
apud Mārcū cap. 16: de duob⁹ discipulis eū-  
tibus i Emaus & nūc Nicopolis dī: Ubi sit: vi-  
de prima parte. c. 7. §. 50.

Endor villa i qua habitabat phitonissa: quā cō-  
suluit Saul cōtre Philistijm: Uñ sic legimus  
in primo regū cap. 18. Dixit Saul serui suis:  
Querite mihi mulierē hñtē phitonē! Et infra.  
Est mulier phitonem habens in Endor: vide  
prima parte. c. 6. §. 10.

Engadi mons in quo latuit Dāvid: cū eū perse-  
queret Saul: Sic. n. legimus i p̄io regū cap.  
24. Ascēdit ergo Dāvid idē: & habitauit i lo-  
cis tutissimis Engadi: hic mōs cecidit i sortē  
trib⁹ Iude vt legim⁹ i Josue cap. 15. Engadi  
ciuitates sex & ville eaz: vide. 1. p. c. 7. §. 39.

Engadi vinee delicatissime & speciose de quib⁹  
dicitur in canticis cāticoz Salomnis cap. p̄i.  
Botrus cypri dilectus meu: mihi i vineis En-  
gadi: vide prima parte. c. 7. §. 39.

Esdrelon: de quo legimus i lib. Judith: cap. p̄i.  
qd Nabuchodonosor misit ad oēs q̄ habita-  
bat i cāpo magno Esdrelon. Est idē locus cū  
eo qui dicit in. 4. lib. regū: cap. 9. Lāpus ma-  
gedo: i quo mortuus est Ochozias p̄cessus a  
militibus Iehu: & idē cū eo q̄ di Māgedan  
de quo

## Terre Sancte

de quo legim⁹: Māthei. 14. q̄ Jesus dimissa  
turba: ascēdit i nauiculā: & venit i fines Mā-  
gedan: Sed vnde oriaf hec nominū diuersi-  
tas declarat auctor: vide prima parte. c. 6.  
§. 3. & c. 7. §. 3.

Extensio terre Sācte est a Dan: q̄ nūc Cesarea  
Philippi: vſq; Bersabee: q̄ nūc Biblin dicis  
& nō plene cōtinet leucas. 120. Hec extensio  
declarat p̄ illud qđ legim⁹ i. 2. Regū ca. 2 4.  
qñ Dāvid dixit ad Joab p̄incipē exercitus  
sui perambula oēs tribus Israēl a Dan vſq;  
ad Bersabee: & numera populi vt sciam nu-  
merum eius: vide prima parte. c. 1.

## f

Fertilitas terre sancte quāta sit: vt vere implea-  
tur illud: qđ scribit Deute. cap. 8. Oñs deus  
tuus introducet te i terrā bonam: terrā riuoz  
aquaꝝ & fontiū i cuius campis & montibus:  
erumpunt flūniꝝ abyssi: terra frumenti ordei  
ac vineaꝝ: i qua sicut & malogranata nascu-  
tur: terra olei & mellis: vbi absq; vlla penu-  
ria comedes panem tuum: & rerum omnium  
habundantia perfrueris: vide scđa'parte c. 1.

Fons: de quo dicit: in canticis cap. 4. fons hor-  
toꝝ puteus aquaꝝ viuentiū: que fluunt ipetu  
de Libano: qđmirabilis sit: & quom odo in ve-  
ritate rci sunt plures: & non vnu tantum; vi-  
de prima parte. 1. 1. §. 13.

Fons viuus nūcupatus ex magna scaturitiōe  
& habundatiā aquaꝝ: discurremus p̄ tres leu-  
cas p̄ cāpū capharnaū: quē dicunt esse venaz  
nisi: eo q̄ Lō: coquim̄ p̄scem nutrit: qui non

## Repertorium: descriptionis

nisi in Tili inuenitur; vide prima p.c. 4. §. 6.  
**Fons Helysei:** quē vt legim⁹ i lib. 4. regū cap. 2. dulcē reddidit īmissione salis. Sic enim dicit scriptura: egressus Helyseus ad fontē aquaz nūist in illum sal ⁊ ait; Hec dicit dñs: sanauit aquas has: ⁊ nō erit vltra in eis mors neq; sterilitas: q̄z magnus ⁊ nobili; sit: vide prima parte. c. 7. §. 29.

**Fons Siloe:** de quo intelligitur illud Isaye. 8. p eo q̄ abiecit populus iste aquas siloe: que vadunt cū silentio ab eo fluunt aque ad natatoria siloe: de quibus dicemus infra: vide prima parte. c. 7. §. 43. Q.

**Fons Rogel:** ve quo sic legimus in lib. 3. regum cap. primo immolatis ergo Lidonias arietibus ⁊ vitulis: iuxta lapidē Zoelēh: q̄ erat vici nūs fonti Rogel zē. vide. I. p. c. 7. §. 43. S.

**Fures in Armenia:** qui farta parua cōmittunt q̄bus nō merent mortē: castrant: ne filios sibi similes generent: vide. I. p. c. 2. §. 9. E.

**Fructus q̄ nascunt sub mōte Engadī: iuxta mare mortuū: qd̄ ē mare: vbi prius sodoma: plenissunt favilla ⁊ cinere: licet arbores pulcherrime sint i frondibus: vide prima p.c. 7. §. 39.**

**Gabaa in tribu Beniamin:** in ea hospitatus est levitas: cuius vxor oppressa fuit ⁊ mortua: ibidem ⁊ propter quam fere tota tribus Beniamin deleta fuit. Sic enim legimus in libro Iudicum capitulo. 20. Interrogatus levita maritus mulieris interfecit: quomodo tantū scelus perpetratus esset: rūdit Ueni in Gabaa Beniamintū vxore mea: illucq; divertit ⁊ ecce hoies ciuitatis illius circuiderunt nocte domum

## Terre Sancte

domum in qua manebā volentes me occidere ⁊ vxorem meā incredibili furore libidinis verātes deniq; mortua est: vide. I. p. c. 7. §. 23.  
**Babaon ciuitas** ex qua venerūt Babaontē ad Josue: postulātes pacē: sic. n. legimus in libro Josue cap. 9. Habitantes in Babaon audientes contra que fecerat Josue. 4. ⁊ infra perre xeruntq; ad Josue qui tunc morabatur in castris Galgale ⁊ dixerunt De terra longinqua venimus: pacem vobiscum facere cupientes: vide prima parte. c. 7. §. 49.

**Balaad:** vbi laban persequens Jacob: comprehendit eum ⁊ intentes fedus pacis comedunt simul super tumulum lapidum: Sic ergo legimus in libro Bene. capit. 31. dixitq; La ban: Tumulus iste testis erit inter me ⁊ te: ⁊ idcirco appellatum est nomen eius Balaad idest tumulus testis vide. I. p. c. 7. §. 26.

**Galgala:** vbi transito Jordane: Josue circumcidit filios Israel: postq; terrā promissionis applicuerunt: Unde sic legimus in libro Josue cap. 5. postq; omnes circumcisi sunt: manserūt in eodē castrop; loco: donec sanarentur: Et infra: uocatūq; est nōmē loci illius: Galgala usq; in presentem dienū: vide prima p.c. 7. §. 27.

**Barizim mōs:** in quo Josue replicauit totū Deuteronomiū Moysi audiente populo: Sic. n. legimus in libro Josue cap. 1. 3. media ps populi stabat iuxta Mōsē Barizim ⁊ media iuxta montem Sebal: ⁊ infra: ⁊ cuncta que scripta fuerāt in legis volumine replicauit coraq; omni multitudine Israel: vide. I. p. c. 7. §. 17.

**Barizim qui ut supra: mōs est:** super quem edidit

## Repertorium descriptionis

catum fuit templum Iouis olympi: ad instar templi Salomonis in Ierusalem: et hoc templum videtur insinuasse Samaritana: quando dixit Iesu: patres nostri in monte hoc adorauerunt Joannis cap. 4. vide. I. p. c. 7. §: 17.

Bedeon pugnauit contra Edian in valle: que est planicies inter Belboe et Hermon: Sic. n. scribitur in libro Iudicū capi. 7. Igīt Bedeo de nocte cōsurgēs: et oīs populus cū eo: venit ad fontē q vocat Arad: erant autē castra Ediā in valle ad septentrionale plagā collis ex celsi: hic est Belboe: vide. I. p. c. 7. §. 3.

Belboe mōs in quo intersectus ē Saul et Jonathas sic. n. scribit in secūdo regū cap. primo Dixit adolescens David: Lasu veni in mōte Belboe et Saul icūbebat sup hastā suā: quō dis ponit cū mōte Hermon: vide. I. p. c. 7. §. 3.

Belboe: crēdūt alig et predicāt: qīn monte Belboe nō cadit ros: eo qīm precatus ē ei David vt legimus in secūdo regū cap. primo Mōtes Belboe nec r̄s nec pluuiā cadāt sup vos: et tamen auctor: in ipso monte dormiuit et maximū rōrē vidit i mane Declarat et quō illud dicitū: pōt in parte saluari: vide. I. p. c. 7. §. 10.

Geth ciuitas philistium de qua pcessit Goliath: sic enim legimus in primo regū cap. 17. et egressus est Goliath de geth: vir Spurius: vide prima parte. c. 2. §. 6.

Bethsemani vbi erat hortus in quo orauit Salvator tempore passionis vt legimus in Mateo capitulo. 26. Tunc venit Iesus in villā que dicitur Bethsemani: vide prima parte. c. 7. §. 47. L.

## Terre Sancte

H

Haī vrbis quam expugnauit et deleuit omnibus intersectis Iosue pcepto dñi: Sic. n. legimus Iosue. 3. Iosue non contraxit manum: quam in sublime erē exerat tenens clipeū donec interficerentur omnes habitatores Haī qui succedit vrbem et fecit eam tumulum sempiternū: vide prima parte. c. 7. §. 3.

Melias pascebat a coruis: pcepto domini in torrente Larith: Sic. u. legimus in libro tertio regū cap. 17. Liq abusset sedit in torē tē Larith qui est cōtra Jordānē: corui quoq; deferebat ei panem et carnes in mane: similiter et vesperis Auctor describit hūc locū: vide. I. p. c. 7. §. 27.

Meliseus credit natus in villa que dī Abelmeula Sic. n. legimus in lib. tertio regū cap. 19. Meliseus aut filius Saphat: q̄ de Abelmeula vngues Prophetam pro te: vide. I. p. c. 6. §. 3.

Hermon mons: de quo legimus in psalmo: Sic ut ros Hermon: q̄ descendit in monte Syō: quō disponitur et vbi est: vide. I. p. c. 7. §. 8.

Z

Jacobus Ap̄lus: de quo legimus: actuū Ap̄loꝝ cap. 12. q̄ Herodes rex occidit Jacobum fratrem Ioannis gladio: in quo loco occisus fuerit: vide prima parte. c. 7. §. 47. M.

Jericho ciuitas de qua legimus Iosue cap. 6. q̄ munita fortisq; viri erāt in ea: cuius mari ad sonitū tubaz iubilei corruerūt: vbi sit: et nunc vir. q̄ domos habet: vide. I. p. c. 7. §. 30.

Jerusalē: q̄ antiquitus: Iebus dicebat: sic. n. legimus in libro Iudicū ca. 19. Venit cōtra Iebus

L. iii

## Repertorium: descriptionis

que altero nomine vocatur Jerusalem: quomodo situatur: quantum distat ab Achon: a Samaria que uinc Sebaste dicit: a Nazareth a Iope a Jerico: a Bethleem: a Thecua: ab Ebron: vide prima parte.c. 7. §. 43. A.

Jerusalem tempore Salomonis: quomodo disposita erat et quod mirabilis legimus enim in libro tertio regum capi. 9. qd Salomon edificauit domum domini et domum suam et melo: et maruz circa Jerusalem: vide prima.p.c. 7. §. 43. D.

Jerusalē quā magnū. et nobilissimum ambitum antiquitus habuit: et auctor ipsum pfecte describit: ut ver sit illud psalmi Gloriosa dicta snut de te ciuitas dei: vide. I.p.c. 7. §. 44. A.

Jerusalē quomodo est in loco eminenti: et ex ea quot regiones videntur: inter quas est mons Nebo et Phasga: super quos iussu dei Moyses ascendit et sicut legimus in Deuteronomio cap. 34. postqz dominus ostendit ei oem terrā promissam et vidit oculis suis: dixit ei dominus vidisti eā: et non transibis ad illā: mortuusqz ē ibi: vide ibidē. §. 43. et 44. et 47. D.

Jerusalem. 2. portas habuit: prima nominatur porta David: que in libro Neemie: cap. 3. dicitur porta piscium: secunda dicit porta iudicaria: quia extra hanc dominus passus est apud Neemiam ibidē dī porta vetus: tertia dicit porta Esraym: apud Neemiam dicit porta equorum. 4. dī porta anguli de qua legimus in libro. 4. regum cap. 14. qd Joas interrupt murus Jerusalem a porta Esraym usqz ad portam anguli qdringatis cubitis. 5. dī porta sterquilini similiter eā noiat Neemias ibidē. 6. vi porta gre gis: similiter

## Terre Sancte

gio: similiter eam noiat Neemias ibidē: septima dicit porta aurea: sed hec erat magis templi qz ciuitatis intra quā erat porta tēpli que dicebat speciosa: et ideo hanc nō adducit Neemias: octaua dī porta fontis syloë: Neemias autem simpliciter nominat eam: portam fontis: vide prima.p.c. 7. §. 45. per totum.

Jerusalem: quot montes habet in circuitu: de quibus dī i psalmo: mōtes i circuitu eius: et auctor noiat ac describit eos: vide. I.p.c. 7. §. 49.

